

Littere Regentium Prussiae Ducatus

53

Illustrissime! Litteras iam binas ad Sacram Regiam Ma-
iestatem Dominum nostrum clementissimum humillimè
dedimus, quibus prochi dolor! irruptionem, impressionemque
Gustavi hostis Regni in portum Pilaviensem subitanèam
et patentem ex iusto Dei iudicio ob peccata nostra commissa
significavimus. Jam vero tertio ad eandem perscribimus
narrantes, quid ad missiones nostras ad hostem expeditas
ab ipso responni acceperimus, profectumque sit, Pervasia au-
tem de benevolentia, studioque gratificandi, et gratia Illustris-
sime Dignitatis vrbæ tum erga Serenissimum Principem
Electorem, in Prussia Ducem Dominum nostrum clementis-
simum, quam et nosmet ipsos eximia, et singulari roga-
mus eandem sedulo et observantes, velit non solum litteras
has ad Sacram Regiam tuam scriptas nostro nomine de-
bita reverentia insinuare, sed et partes patroni nostri gra-
tiosissimi, causam suscipere. Deus, qui cordium scrutator,
omniumque rerum inspector est iustissimus, novit quemque,
testem ea in re serio appellamus, quam præter omnem
culpam nostram malum hoc inevitabile acciderit. Vires
siquidem et actiones hostis, procerusque ferè omnes præter
fidem sunt, quibus resistere pro tenuitate Ducatus huius
non solum difficillimum, sed et impossibile fuit. Atque
nihil magis cupimus, quam ut casus hic fatalis, et
deplorandus animo equo, nec affectu præoccupato attenda-
tur, nosque antequam alia suspitione maligna note-
mus, sufficienter prius audiamus. Freti enim conscientia
nostræ integritate exquisitissima tam coram Sacra Re-
gia matre Dño nro clementissimo, quam apud omnes
quosvis

quovis fideliter omnes excusationes, et censuras, si
quæ ad verum nos pretenduntur, diluamus.